



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De opprobiosa morte Arrii. Cap. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERVM MEMO. LI.B IX.

Itaq; euidenti indicio, regina templum mirificū in eo
loco, vbi crucem repererat, statuit, clausos quoq; qui-
bus corpus dominicum fuerat affixum, portat ad fili-
ūm. Ex quibus ille frenos & galeam aptat ad ysum
belli, adimplens Zachariae prophetiam, dicens: Et
erint quod in freno est, sanctum dño omnipotenti. Li-
gnivero salutarē partē defert filio, partē sibi reponit.

SOZOME N V S in tripartita historia.

Caput V.

D E hocligno Sibylla dixit apud Paganos: O ter-
beatum lignum, in quo deus affixus est. Præ-
terea p̄dicti imperatoris mater octogesimo
pietatis sue anno decedit, multa filio pietatis mandata
derelinquens. Quæ mox ille postponens, seductus à
sorore sua Constantia, & multis precibus ab ea inter-
pellatus, Arrium de exilio reuocari iubet, & mitti ad
episcopos, qui tunc forte Hierosolymis ad dedicatio-
nem ecclesiae conuenerant, fidemq; eius probari. Tūc
ille fidem scripsit, quæ quidē sensum nostrum & ver-
ba nostra professionemq; nostrā cōtinere videretur.

SOCRAT E S in tripartita historia.

Caput VI.

I Mperator aut̄ adhuc de Arrio experiri volēs, cum
reuocat ad palatium. Qui percontat⁹ de fide Ni-
cena, sicutे subscribit, & p̄stat iuramentum, quo-
dammodo iusiurandum arte deludens, ferturq; scri-
ptam sectam suam habuisse in charta, quā sub ala fe-
rebat. vnde vere iurare se credidit, dicens se sic sapere
sicut scripsisset. Credens ergo imperator, suscipi eum
ab Alexandro Constantinopolitano episcopo in cō

F iii

HAYMO DE CHRISTIA.

unionem iubet. Quo renuente adhuc propter infamiam, & suspicionem hæresis deuitante, iubet Constantini nopolim synodū congregari. Ante vero vñ concilij diem constitutū, prosternēs se Alexander sub altare, tota nocte clamat ad dominū, dicens: Iudica dñe inter Eusebij minas & Arrijiuramentū. Quo valde supplicāte, presumptionē Arrij & iuramentū mēdax mox vindicta dei persequitur. Etenim cum in crastinum matutinum, ad ecclesiam properaret, episcoporū & populorum frequentia cōstipatus, humanæ necessitatis causa ad secessum declinat, ibi q̄cum federet, intestina eius atq; omnia viscera in secessum cuniculorum defluxere. Tūc Eusebius Nicomediæ cum cæteris Arrianis confunditur, nec propter causam Arrianum dogma confunditur, sed ad tempus occultatur.

Caput VII.

In terea Constantinus imperator cum in Nicomedia degeret languore grauatus, in extremis baptizatur. Distulerat eīm usq; ad illud tempus, in Iordanē hoc promereri desiderās. Qui cōditō testamento, & tribus filiis heredibus constitutis, primo scilicet Constantino in Hesperia, secundo vero scilicet Constantino in oriente, iuniore scilicet Constance Cæsare ordinato, & in partibus occidentis post quinquagesimū quintum ætatis suæ annum, viuendi finem facit, reuocato prius Magno Athanasio in Alexandriam, propter persecutionem Arrianorū exulante. Igitur Christianissimo imperatore defuncto, Arrianum iterum dogma repullulat. Constantius imperator seductus ab hæreticis in eundem errorem decollatur, & Ma-